



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Sceptrum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

habetur in sum. Concil. in hæc verba,
Quod autem sedes in Ecclesiis Episcoporum
excelsa constituta, & preparata inveni-
untur, ut thronus speculationem, & poten-
tiam judicandi, & solvendi, atque li-
gandi à Bonino, sibi datam materiam do-
cet, ut Matth. cap. 16. legitur: Quaecunque
ligaveritis, &c. & Ioan. c. 20. Quorum re-
miseritis, & inseruitis valde enim timen-
da est sententia Episcopi, licet injustè
liget aliquem, c. quibus Episcopis, 11. que-
stio. 3. significat vigilantiam Episcopi
super gregem, Ezechiel. capit. 23. & 34.
ubi habetur, speculatorum dedit te domini
Iuda, &c.

SCEPTRUM.

SCEPTRUM est unum de signis rega-
libus, in cuius culmine apud anti-
quos ethnicos Reges erat sculpta ima-
go Jovis; hodie vero apud Reges Chris-
tianos imponitur imago Crucis, vel
Christi Domini, & significat, quod
Rex sub pace vult sovere omnes suos
subditos, mares, & foeminas, potentes,
& impotentes, ita Doct. tex. in cap. ex
tenore, de form. compet. & Affl. in const.
omnes nostri, l. notab.

SEDERE.

DE sessione debet haberi ratio, &
servari ordo consuetus, quia ho-
nor sedendi vocatur privilegium, &
satis decorat, Affl. in const. in locis de-
manij, in l. notab. quod facit pro eis, quæ
diximus in ver. concilium, & in parla-
mentis Regis.

prax. Episc. Pars II.

SENTENTIA.

PRIMÒ, an sententia, in qua pronun-
ciatur, appellationem fore deser-
tam, sit diffinitiva? Respondeatur ex
Cap. Tolos. q. 303. quod non, sed habet
vix diffinitivæ, sed quando pronuncia-
tur bene appellatum, vel econtrà, tunc
est diffinitiva, & sic habet locum in ea
fac. Conc. Trid. sess. 24. c. 2. de re-
for.

Secundò, in materia beneficiali,
nunquam sententia facit transitum in
judicatum, ita gl. & Doctor. in c. 1. de
concess. præbend. Rebuff. de subrogat.
num. 22. ver. lata, in materiam matri-
monii, c. lator, de sent. & re jud. nec in
crimine hæresis, per Bull. Pii V. Co-
var. de spons. 2. p. 5. ult. num. 12.

Tertiò, sententiam dans Judex ec-
clesiasticus propter illa quatuor requi-
sita, scilicet, odium, favorem, timorem,
& præmium, est ipso jure suspensus ab
officio per annum, & si interim cele-
bravit, efficitur irregularis, capit. 1.
gloss. & Gemin. de re judic. lib. 6.

Quartò, an, & quando judex debeat
exprimere causam in sententia, vide
Gemin. in cap. si confirmationem, de e-
lect. lib. 6. in fine, ubi dicit, quod tunc
debet exprimi causa, quando ultra in-
tentum suum possit partibus præsenti-
bus præjudicare, cap. sicut, de re jud. &
ibi gloss. in ver. exprimitur, Gom. in c.
statutum, num. 12. de rescript. lib. 6. Ma-
ranc. 6 par. tit. de sent. num. 50. Foller.
pract. crim. 4 p. su. 88. ubi dicit, quod
T in